Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

manus clamares viri israhelite adiuuate hic est homo q
aduersus ppm et legem et loc hunc omnis ubiq; docet insuper
et gentiles induxit in templum et violauit loc sanctum istum vide
runt enim trophimum ephesium in ciuitate cum ipso quem estimauerunt
quod in templum introduxisset paulus commota est ciuitas tota et
facta est concursio ppli et apprehendentes paulum traxerunt eum extra templum
et statim ianue clause sunt Quaerebant autem eum occidere nuncia
tum est tribuno cohortis quod tota confundit hierusalem Qui statim
assumptis militibus et centurionibus decurrit ad illos Qui cum
vidissent tribunum et milites cessauerunt pauere paulum Tunc
accedens tribunus apprehendit eum et iussit alligari catenis duabus
et interrogauit quis esset et quid fecisset Alii autem aliud clamabant
in turba Et cum non posset cognoscere eum pp tumultum iussit eum duci
in castra Et cum venisset ad gradus contigit ut portaretur a militibus
propter vim ppli Sequebatur enim eum multitudo ppli clamans tolle
eum Et cum cepisset introduci in castra paulus dicit tribuno
Si licet mihi aliquid loqui ad te Qui dixit Graece nosti Nonne tu es
ergo paulus qui ante hos dies tumultum concitasti et eduxisti in desti
quatuor milia virorum sicariorum et dixit ad eum paulus Ego
homo quidem sum iudeus a tharso ciliciae non ignotae ciuitatis
municeps rogo autem te permitte mihi loqui ad ppli et cum ille permi
sisset paulus stans in gradu annuit manu ad plebem et ma
gno silencio facto allocutus est hebraea lingua dicens Viri fratres

XXII

Audite fratres et patres audiam quam
ad vos nunc reddo rationem Cum audissent autem quoniam he
braea lingua loquebatur ad eos magis prestiterunt silen
cium et dixit Ego sum vir iudeus natus tharso ciliciae nu
tritus autem in ista ciuitate secus pedes gamalielis eruditus
iuxta veritatem patrie tradicionis legis emulator sicut et vos es
tis hodie Qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem alli
gans et tradens in custodias viros ac mulieres sicut principes
sacerdotum testimonium mihi reddunt et omnis maiores natu a quibus
et epistolas accepi ad fratres damasci pergebam ut adducerem
inde vinctos et puniendos facti est autem cum me et appropinquarem da
masco media die subito circumfulsit me lux copiosa et cadens